



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Hadrianvs Sextvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

A Christianum aduersus Lutheranam perfidiam, & quod talem decebat Imperatorem, non sine graui offensa ac vilipensione Cæsareæ maiestati violare non timuisti. Non commitemus, vt quos olim cum Magno Carolo Hadrianus Pontifex in Christo genuerunt, nunc Hadrianus Pontifex & Imperator Carolus sibi schismatico ac heretico tyranno, hæresum ac schismaticum sinamus interire contagione. Quare reuertimini ad cor, & respicite in, tuique miserè seducti Saxones, nisi vtrumque gladium, Apostolicum simul & Cæsareum, olim velitis experiri.

Scripta Romæ Anno Domini M. D. XXII.

HADRIANVS SEXTVS.

Hadrianus Papa sextus Inquisitori Comensi.

B Inquisitores hereticæ prauitatis, cum Vicarijs Episcoporum, si adesse voluerint, inquirent in lamias, seu striges, hoc est in eos qui fidem susceptam abnegant, imagines sanctorum conculcant, sacramentis abuntur, diabolum inuocant, & incantationibus, carminibus, sortilegijs, alijsque maleficijs iumenta & fructus terræ ledunt, quos iuxta canonica decreta puniant.

Alia extrauagantes huius argumenti habentur su pra Innocentij viij. Alexandri vj. & Leonis xi.

D

LECTE fili, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini 1523.

Ex Archiuo inquisitionis Comensis, & Diono Sabellano fol. 421.

DVDVM vti nobis exponi fecisti, per felicis recordationis Iulium Papam II. prædecessorem nostrum, non sine magna tunc animi sui displicentia accepto, quod per quendam Georgium de Casali ordinis fratrum prædicatorum professorem, & in ciuitate Cremonensi hereticæ prauitatis Inquisitorè deputatū, in nonnullis Lombardiæ partibus, & præsertim in locis, in quibus dictus Georgius Inquisitor deputatus, erat, repertæ fuerunt quamplures vtriusque sexus personæ, propriæ salutis immemores, & a fide Catholica deuiantes, certam sectam facientes; fidem, quam in sacri susceptione baptismatis susceperant, abnegantes, sanctam crucem pedibus conculcantes, & opprobria super eam perpetrantes, ecclesiasticis & præsertim Eucharistiæ sacramentis abutentes, diabolum in suum dominum & patronū allumentes, eique obedientiam & reuerentiam exhibentes, & suis incantationibus carminibus, sortilegijs, alijsque nefandis superstitionibus, iumenta & fructus terræ multipliciter ledentes; alijsque quæ plurima nefanda, excessus, & crimina eodem diabolo instigante committentes; & perpetrantes, in animarum suarum periculum, diuinæ maiestatis offensam, perniciosumque exemplum, & scandalū plurimorum. Contra quas cum dictus Georgius tunc (vt assererat) in dictis locis sue Inquisitioni deputatus, prout ipse Georgij incumberebat officio, ipse Georgius processisset; nonnulli autem tam clerici quàm laici illarum partium, quærentes plus sapere quàm oportet, præmissa delicta, ad eiusdem Georgij Inquisitionis officium non pertinere temerè asserentes, præsumentes in populo errores & scandala seminarent, sicque eundem Georgium in populo odiosum reddere, & dicti Georgij officium impedire conati fuerunt, prout etiam tunc impediebant: ita quod propter præmissa, personæ prædictæ delicta huiusmodi perpetrantes, remanebant impunitæ, & alia eorum exemplo ad similia perpetranda quotidie inducebantur, in non modicum fidei, opprobrium, animarum periculum, & scandalum plurimorum. Dicitur prædecessor volens (ne inquisitionis officij executio, quomodolibet retardaretur, & labe hereticæ prauitatis longius venena diffunderet) providere, dicto Georgio per quasdam suas in forma breuis litteras, commisit & mandauit, quatenus in locis eiusdem Georgij Inquisitioni deputatis, de excessibus huiusmodi cognoscere, & contra quascunque personas, cuiuscunque conditionis & præminentia forent, inquisitionis officium exercere & exequi; ipsaque personas, quas in præmissis culpabiles reperiret, vna cum locorum ordinariorum Vicarijs, quatenus voluissent interesse, iuxta dictarum personarum demerita, corrigere & punire deberet, secundum modum contra alios hæreticos a iure ex sacris canonibus statutum; contradictores quoscunque per censuram ecclesiasticam, & alijs iuris opportuna remedia compescendo. Eos vero qui in præmissis, consilium, auxilium vel fauorem præstarent, præfatus prædecessor noster, eiusdem indulgentijs vti & gaudere decreuit, quibus cruce signati contra alios hereticos, ex indulto Apostolico eis concessio, tunc gaudebant & iuebantur, prout in dictis litteris plenius contineri dicitur. Et sicut eadem expositio subiungebat, non solum delicta & crimina huiusmodi contra fidem catholicam, & Christianam religionem, sub iurisdictione Inquisitoris Cremonensis committuntur, & perpetrantur; sed in omnibus alijs locis & diocesis, sub iurisdictione aliorum Inquisitorum dicti ordinis congregationis Lombardiæ, indies perpetrantur & committuntur. Et cum eadem sint delicta, eadem profecto prouisione & castigatione eis sit & earundem litterarum tenore prouidendum. Quare tu, sicut asseris, in ciuitate Comensi, vbi dictæ prauitatis Inquisitor existis, tam tuo, quàm omnium aliorum dictorum ordinis & congregationis hereticæ prauitatis Inquisitorum vbi liber consentium & deputatorum nominibus, fecisti nobis humiliter supplicari, vt litteras prædictas ad vos extendere & ampliare, aliasque desuper opportune dignaretur prouidere. Nos igitur huiusmodi supplicatione inclinati, litteras prædictas,

Scelera impunita relinquere occasione in tribuit delinquenti.

Delicta huiusmodi perpetrantes, remanebant impunitæ, & alia eorum exemplo ad similia perpetranda quotidie inducebantur, in non modicum fidei, opprobrium, animarum periculum, & scandalum plurimorum. Dicitur prædecessor volens (ne inquisitionis officij executio, quomodolibet retardaretur, & labe hereticæ prauitatis longius venena diffunderet) providere, dicto Georgio per quasdam suas in forma breuis litteras, commisit & mandauit, quatenus in locis eiusdem Georgij Inquisitioni deputatis, de excessibus huiusmodi cognoscere, & contra quascunque personas, cuiuscunque conditionis & præminentia forent, inquisitionis officium exercere & exequi; ipsaque personas, quas in præmissis culpabiles reperiret, vna cum locorum ordinariorum Vicarijs, quatenus voluissent interesse, iuxta dictarum personarum demerita, corrigere & punire deberet, secundum modum contra alios hæreticos a iure ex sacris canonibus statutum; contradictores quoscunque per censuram ecclesiasticam, & alijs iuris opportuna remedia compescendo. Eos vero qui in præmissis, consilium, auxilium vel fauorem præstarent, præfatus prædecessor noster, eiusdem indulgentijs vti & gaudere decreuit, quibus cruce signati contra alios hereticos, ex indulto Apostolico eis concessio, tunc gaudebant & iuebantur, prout in dictis litteris plenius contineri dicitur. Et sicut eadem expositio subiungebat, non solum delicta & crimina huiusmodi contra fidem catholicam, & Christianam religionem, sub iurisdictione Inquisitoris Cremonensis committuntur, & perpetrantur; sed in omnibus alijs locis & diocesis, sub iurisdictione aliorum Inquisitorum dicti ordinis congregationis Lombardiæ, indies perpetrantur & committuntur. Et cum eadem sint delicta, eadem profecto prouisione & castigatione eis sit & earundem litterarum tenore prouidendum. Quare tu, sicut asseris, in ciuitate Comensi, vbi dictæ prauitatis Inquisitor existis, tam tuo, quàm omnium aliorum dictorum ordinis & congregationis hereticæ prauitatis Inquisitorum vbi liber consentium & deputatorum nominibus, fecisti nobis humiliter supplicari, vt litteras prædictas ad vos extendere & ampliare, aliasque desuper opportune dignaretur prouidere. Nos igitur huiusmodi supplicatione inclinati, litteras prædictas,

Editæ sunt litteræ, quibus cruce signati contra alios hereticos, ex indulto Apostolico eis concessio, tunc gaudebant & iuebantur, prout in dictis litteris plenius contineri dicitur. Et sicut eadem expositio subiungebat, non solum delicta & crimina huiusmodi contra fidem catholicam, & Christianam religionem, sub iurisdictione Inquisitoris Cremonensis committuntur, & perpetrantur; sed in omnibus alijs locis & diocesis, sub iurisdictione aliorum Inquisitorum dicti ordinis congregationis Lombardiæ, indies perpetrantur & committuntur. Et cum eadem sint delicta, eadem profecto prouisione & castigatione eis sit & earundem litterarum tenore prouidendum. Quare tu, sicut asseris, in ciuitate Comensi, vbi dictæ prauitatis Inquisitor existis, tam tuo, quàm omnium aliorum dictorum ordinis & congregationis hereticæ prauitatis Inquisitorum vbi liber consentium & deputatorum nominibus, fecisti nobis humiliter supplicari, vt litteras prædictas ad vos extendere & ampliare, aliasque desuper opportune dignaretur prouidere. Nos igitur huiusmodi supplicatione inclinati, litteras prædictas,

cum

cum omnibus in eis contentis clausulis, in omnibus & per omnia, prout in eisdem litteris continetur, ad te & ad alios ordinis & congregationis huiusmodi Inquisitores, tam in presentiatum deputatos, quam in futurum perpetuis futuris temporibus deputandos, ac si tibi, & cuilibet Inquisitorum predictorum dirigerentur, & directæ fuissent Apostolica auctoritate, tenore presentium extendimus. Ipsasque litteras tibi & illis, ut pramittitur, eisdem auctoritate & tenore concedimus. Non obstantibus omnibus illis, quæ idem iulius prædecessor voluit non obstat, cæterisque contrariis quibuscunque. Et quia difficile foret præsentibus litteras, ad singula loca, in quibus de eis fides forsitan fuerit facienda, deferre: volumus & Apostolica auctoritate decernimus, quod ipsarum transumptis, manu cuiuscunque notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius curiæ, seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis: in iudicio & alibi, ubi opus fuerit eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xx. Julij. M. D. XXI. Pontificatus nostri anno primo.

Euangelista.

CLEMENS PAPA VII.

Venerabili fratri Paulo Zana Episcopo Brixien. & dilecto filio Inquisitori hæreticæ prauitatis in Ciuitate Brixien. & eorum alteri.

Communitas ciuitatis Brixien. decreto quodam constituit initio Luthèranicæ perfidiæ, ut res vni diligentur, quorum sollicitudine hæreses extirparentur, accepta ex publico arario pecunia pro eius decreti executione: id laudat Romanus Pontifex, hortaturque Episcopum & Inquisitorem, ut eidem prestare ipsi curent, & procedant contra hæreticos quoslibet omni appellatione remota iuxta canonicas sanctiones: multa insuper concedit Episcopo & Inquisitori priuilegia, & amplam facultatem procedendi contra perfidum hæreticorum genus.

Edita anno Domini 1578.
Ex Archivio inquisitionis Brixien.



VENERABILIS frater, & dilecte fili, Salutem & Apostolicam benedictionem.

PLACUIT intelligere quod non solum fraternitas tua, seu eius dilecti filij Communitas istius Ciuitatis Brixien. nolentes negligentia, aut deidia eorum amittere illud optimum nomen eis a parentibus & antecessoribus suis relictum, omni diligentia curarint, ne hæreses his temporibus de nouo pullulare possint, sed omnibus remedia adhibuerint, ut si quæ sint in ipsa ciuitate, extirpentur: & propterea cum ad ipsorum ciuitatis notitiam peruenisset, nonnullos in ipsa Ciuitate suæ famæ & honoris prodigos ita nefarios Dei sanctæque matris Ecclesiæ rebelles existere, ut non dubitarent Lutheranam doctrinam publice declarare, & quæ palam non auderent, seorsum secreto docerent plerisque inducentes a recta sententia deuiare, ne ob id forte contra eos ira Dei magis prouocaretur, in publico eorum consilio statuerunt. Tres eiusdem Ciuitatis ciues eligi debere, quorum cura, diligentia, & vigilatia Lutherane diabolice hæreses a Ciuitate ipsa eiusque territorio prorsus extirpentur, & earum auctores & seminatores condigna pœna plectentur, cum potestate etiam comparandi per procuratorem eorum sede Apostolica, & quibuscunque alijs Iudicibus ecclesiasticis & secularibus, & pro præmissorum executione exponendi, ex publico quascunque pecunias necessarias: quod ut merito ex hoc illi laudari, & plurimum commendari debent, ita etiam vos prout vestro incumbit officio, circa hæreses huiusmodi in ciuitate & diœcesi Brixien. idē facere prout speramus, & desideramus omni diligentia curabitis. Cupientes igitur erroris & pemeisa dogmata in ciuitate, & diœcesi tuis huiusmodi penitus extirpari, & illorum sectatores debita correctione reprimi, ac debitis pœnis puniri, vobis & alteri vestrum etiam cum a præfatis electis requisiti fueritis, & alter vestrum requisitus fuerit, omnes & singulas causas huiusmodi hæresim sapientes etiam criminales, tam de hæretica Lutherana, quam alia & erronea & peruersa doctrina in ciuitate & diœcesi prædictis exortas, & quas etiam contra quendam Ioannem Baptistam Palauicinum ordinis fratrum Carmelitarum, qui verbum Dei in proxima Quadragesima in Ecclesia Brixien. predicando publice nonnulla erronea & a fide catholica deuiantia prædicauit, adeo quod pijs hominum aures plurimum scandalizauit, si in ciuitate, seu diœcesi prædictis extiterit, mouere seu exoriri contigerit, cum omnibus & singulis illi annexis, dependentibus & emergentibus ab eis simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicij, prout in similibus procedi consuevit, audiat. Nos enim vobis ut auditis hinc inde propositis etiam vsque ad adfinitiuam sententiam inclusive sublato quouis diffugij obstaculo, & prout sacri Canones volunt, etiam appellatione qualibet remota, decidendi, & sine debito terminandi, ac sententias de super per vos & alterum vestrum latis, & quibus appellationibus, etiam ad nos & sedem prædictam interpositis penitus reiectis, perinde ac si tres sententiæ conformes in nostræ Rotæ auditorio lata essent debita executioni demandandi: Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtaxerint, per censuras ecclesiasticas appellatione cessante compellendi veritati testimonium perhibere, ac monitiones, & citationes qualibet confulto de non tuto accessu, seu quod pro monitionibus & citationibus huiusmodi faciendis ipsorum monendorum & citandorum præsentia commodè haberi nequiret expedita publica locis publicis